

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Huswedel

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius,  
Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Pie & Erudito Iuveni Dn. Hermanno Coccoeo,  
Frater moestissimus & Populares paratas cupiunt, Omnes Academiae cives ...  
invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435071>

Druck    Freier  Zugang



Huswedelius, J.,

in H. Coccoeus.

R. 1639.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777435071/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435071/phys_0003)

DFG



# PROGRAMMA

Quo

110.  
61

## RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOANNES HUS-

WEDELIUS, Phil.

AD EXEQUIAS

Quas

Pic & Erudito Juveni



Dn. HERMANNO

COCCÆO,

Frater mœstissimus & Populares

paratas cupiunt,

Omnis Academia cives in ædem D. Mariae hora  
duodecima, studiose invitatur.



ROSTOCHI,

Litteris NICOLAI KILII, Academ: Typogr.

Anno M DC XXXIX.

22.

**H**Quidem spes erat, futurum, ut in su-  
nere nudius quartus, aut quintus,  
ducto, officij mei cessaret opera  
nec indicendis exequiis amplius oc-  
cupari necesse haberem: Verum ea  
spes me frustrata est, & studiosus viginti septem an-  
norum juvenis, ætate & labore pollens antehac,  
nunc in capulo positus operam sibi non denegandam postulat. Is est HERMANNUS COCCÆUS,  
Sacrosanctæ Theologiæ & Philosophiæ Studiosus  
non vulgaris, natus Lemgovia in Westphalia An-  
no 1612. ex parentibus honestissimis, patre, Viro  
Reverendo ac Doctissimo Dn. HERMANNO  
COCCÆO, Pastore de Ecclesia ista bene merito,  
matre Ilsebe Heydenkamps/ qui hunc suum filium  
in hanc lucem recens editum Deo adduci, Ecclesiæ  
inseri & in foederis gratiam ita recipi curarunt;  
deinde à prima infantia, non cibo magis & potu  
convenienti, quam doctrina ad pietatem & mores  
honestatem ducente, aluerunt ac provexerunt. Li-  
terarum ergo puerilium prima fundamenta jecit  
in patria schola Lemgoiensis, quibus immoratus  
non prius abstinuit, quam ea, quibus puerilis &  
adolescens ætas informari solet, perdidicisset, ne-  
glecto more non satis probabilieorum, qui pue-  
ros mittunt in Academias, cū in patria neq; nare,  
neq;

neq; literas didicerint, neq; discernere per inperitiā  
possint, quid dīsent æra lupinis; quid solidū cre-  
pet: sed cuilibet manū injicienti morem gerunt  
& quasi res nemini possessa sunt occupātis. Igitur  
puerilibus istis & adolescenti convenientibus lite-  
ris moribusq; inbut⁹, Anno demum ætatis 22. qui  
erat Annus nati servatoris 1633. missus est suasu &  
autoritate parentum, quam nullo modo sibi ne-  
gligendam aut leviter habendam, ut quidam  
solent, putabat, in hanc nostram Academiam  
Rostochiensem, Mens. Majo: & feliciter quidem  
huc missus venit, non, ut ipse dies noctesq; in ta-  
bernis, & locis metuentibus ædilem consumeret,  
non ut vigilantes interdiu obvius offendere, no-  
ctu, dormientes boatu ac tumultu turbaret, non ut  
S. oristicā (ignoscat mihi Geni⁹ linguæ, quod voce  
uti cogar in solas terras, imo ad inferos cū sodalib⁹  
suis releganda) exer̄ eret, hoc est nummis ad hon-  
estam vitæ ac studiorum sustētationem collatis no-  
vitios emungeret, insuper contumeliose tractaret,  
(& calatum vix contineo quin tractationis modū  
suis coloribus depingam) atq; ita sibi maculam,  
non eluendam adspergeret, illis damnum vix repa-  
rabile, & nummorum & valetudinis & temporis  
adferret: sed ut jactis in patria apud parētes funda-  
mentis inædificaret ac superstueret pietatem verā

Gg 2

ac

ac seriam, modestiam non fictam & simulatam, eruditio-  
nem solidam, non in sola superficie con-  
spicuam, aut quasi in hirundinum concilio garri-  
centem ac loquaculam. Huic ergo rei studium &  
operam suam ita addixit, ut noctes diebus conti-  
nuaret, in libris non tanquam hospes, verum ut ci-  
vis habitaret, sectatus præcipue Theologicas lite-  
ras, quibus uteretur, non ad concertationes inuti-  
les, damnosas & scandalosas, sed ad populum Christi,  
suo tempore recte informandum, & ad propriam  
vitam pijs & Christianæ professioni convenienti-  
bus moribus exornandam. Hoc in studio cum  
jam fere sex annos consumisset, ac sine dubio sol-  
licitate jam cogitaret, quo loco ad Dei gloriam Ec-  
clesiæ salutem suamq; ipsius salutarem gubernationem, studium & operam suam in penderet, factum est, ut decimo nono die Aprilis, morbo cor-  
riperetur, quem diu fovisse putatur: ab eo autem  
tempore ita crevit ut extremam fibi necessitatem  
imminere agrotq; animadverteret, cui ut alacrior  
occurreret paratiq; sancto corporis & sanguinis  
Dominici viatico instrui & fidem suam animari  
voluit: Quod & factum est, cum die 25. April. pau-  
lo post sextam matutinam placida morte consopi-  
tus in alterius vitae gaudia discederet. Hæc de vi-  
ta pie desunti juventis ex popularium relatibus habe-  
mus;

mus: Ea si vera sunt, ut omnino eredimus, tres præcipue titulos juvenili ætati convenientes tribuere possumus, quod pius, quod modestus, quod eruditus fuerit. Laude digna res, Eruditio, sed maiori laude digna est Modestia, Quod si pietas accedit, non illa in verbis & labris nata ac sita, sed in corde ac fibris, is demum videtur maxima laude dignus esse. Cogitate enim adolescentes & in hoc speculo vestram frontem contemplamini. An veræ pietatis res sit, non capillis in fronte pendulis supercilia in umbrare, non λαζαρίδες εἰδοῦς comæ ostentare, non alijs in epijs, nescio quam peregrinitatem introducere, sed proximum, præcipue juniores ledere, offendere, damno atq; infortunio mactare, numulos e oculis, lacrumas ex oculis, vel per ludum jocum, fraudē elicere, vel per minas, vim & verbera exprimere. An pietatis res sit majoribus maledicere, legibus fucum & fraudem facere, magistratuī obedientiam denegare. Quid si piè defunctus noster in vitam aliquantis per revertatur, nonne haec vel simili vos oratione compellaret? Adeste comilitones mei qui fuistis, & velex defuncto discite, quid in rem vestram vivorum sit. Mea fide vobis dico, non, ut magistratui & legibus fraudem facitis, ita Deo; quoq; facietis: oculos ille habet penetrantiores, ἀνθρώπως μὲν ιστις λήσετε, ἀτοπόντι τοιούτους

Gg 3

τοὺς

τὸν δὲ θεὸν λήστης, καὶ δὲ λογιζόμενος. Est ille in cœlis audit  
videtq; omnia quæ nos gerimus, & μυκτηρίζεται, poe-  
na quæ impietati cōstituta est, in inobedientes ca-  
det. Non hic simulanti locus est, non dilationi,  
non exceptioni, non appellationi. Decretum est,  
quod per suos ministros minimè dubios exsequi-  
tur. Si pietatem colueritis fruemini bona con-  
scientia dum vivitis, præmium immortalita-  
tis post vitam invenietis. Modestiam quoq; pe-  
culiare & proprium juventutis ornementum à me  
discite, oblatrare magistratui inpudenter, perfri-  
cta fronte, quæ vera sunt, negare, nemine super-  
riori quidem cedere, & qualibus se præferre, mino-  
ribus imperiosè uti, quosvis alios alto supercilio  
despicere, de nemine bene sentire, bene loqui, o-  
mnes contemtui habere, non est vestræ ætatis, ve-  
stri officij, vestræ pietatis, immodestis & superbis  
Deus resistit, Φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα κολάσιν, humili-  
ibus vero dat gratiam, quæ apud homines quoq;  
nos gratiosos reddit. Fere n. fieri solet, ut ἀμαθείας  
maculam vestræ ætati & ordini indecoram adsper-  
gat immodestia, quam omni studio ac diligentia,  
vobis fugiendam existimo, aut si contracta jam sit  
eluendam. Juvenes estis, in ipso ætatis flexu, in  
Herculis bivio constituti, si neglecta virtutis via,  
alteram voluptatis ingressu fueritis, ea vos in exi-  
tium

seducet. Missi estis in hanc pietatis, Virtutis, Eruditio-  
nis officinam, non quasi in χελιδόνων μυστῶν, ubi  
garrire & stridere disceretis; λαλῶν ἄριστοι, λέγενται οὐδικάτοι,  
sed ut sapere & fari γνῶναι καὶ πρᾶξα τὸ δεσμόντα suo  
tempore possitis. Quod si hanc admonitionem,  
neglectim habueritis, vel occlusis auribus capietis,  
vos videritis, ego monitor vester in cœlum eo.  
Hæc ille & suo quidem jure jam receptus in cætum  
immortalem, ubi pietatis, modestiæ, studij sui præ-  
mio ornatus, exemplum juventuti studiosæ, quod  
imitetur se reliquit. Reliquum est, ut ei piè defun-  
cto honorem præstemus, qui debetur, Christiano,  
juveni & commilitoninostro. Non possumus ei  
hunc denegare, Christiani, siquidem nobis eundem  
exhiberi velimus. Juvenis vero cum fuerit mor-  
tuus, commonefaciet, juvenes præcipue, ut suæ  
conditionis meminerint. Juvenes quidem sunt,  
formosi, robusti, feroce, at homines tamen: de  
quibus regius Hebræorum yates, cum illam vere  
divinam Satyram (sic eam vocat vir nō pro captu  
nostro doctus) auspicās ex clamat: Vanitas vanita-  
tum & omnia vanitas. Homines, de quibus poe-  
ta, ἐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τέ Φεί αὐθεώποιο: terra nihil alit in-  
becillius homine: De quibus alter, σπιᾶς ὄντες ἀνθεώποιο.  
Umbras somnium homo: De quibus tertius ἀνθεώποιο  
ξυμφορῇ. Homo calamitas, De quibus omnes uno

ore

ore, quod sint MORTALES. Hanc ab isto mor-  
tuō mortalitatem discant, eamq; assiduē ante ocu-  
los & animum positam meditentur. Deniq; cum  
commilitoni denegare non possumus, militanti  
nobiscum ijsdem in castris sub Theologiae & Phi-  
losophiae signis, quarum illa Deum nobis offert,  
quem, ut semper, ita hac occasione venerari & sup-  
plices rogare debemus, ne supplicijs bene meritis  
urgere & prosequi nos perget, sed vera poeni-  
tentia conversis clementer parcat. hæc offert no-  
bis hominem, an humanitatem potius, à qua  
nihil humani abesse potest, vel debet. Ut er-  
go civitatis & popularitatis aut etiam societatis  
postulat ratio, ut civi populari, socio præstemus  
officia quæ debemus, ita humanitatis eadem est  
ratio, ut homini denegem⁹ nihil eorum, quæ sunt  
humanitatis; quod ex ijs discere possumus, qui hu-  
manitate ducti, hæc funeris officia mortuis non  
esse deneganda censuerunt: vel ex unico Horatio,  
*Attu nauta vagæ ne parce malignus arena, Osib⁹ capiti inhumato Particulam dare.* Deinde, *Quan-*  
*quam festinas, non est mora longa: Licebit Injecto ter*  
*pulvere curras.* Ita vos, studiosi juvenes, quam-  
quam festinatis aliò, nō est mora longa, quæ huic  
officio impenditur satis maturè ad studia & nego-  
tia vestra redibitis, P. P. Rostochij sub sigillo

Rectoratus die 28. Martij,

Anno 1639.








[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777435071/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435071/phys_0016)



seducet. Missi estis in hanc pietationis officinam, non quasi ingarrire & stridere disceretis, λατατοι, sed ut sapere & fari γνῶναι in tempore possitis. Quod si habegneglectim habueritis, vel occlivos videritis, ego monitor v. Hæc ille & suo quidem jure immortalem, ubi pietatis, modio ornatus, exemplum juveni imitetur se reliquit. Reliquum a honorem præstemsus, qui djuveni & commilitoni nostro, hunc denegare, Christiani, siq exhiberi velimus. Juvenis vanus, commonefaciet, juvene conditionis meminerint. Juformosi, robusti, feroce, at hoquibus regius Hebræorum vadivinam Satyram (sic eam vocanostro doctus) auspicās ex claratum & omnia vanitas. Hominta, ἀκενότερον γαστρέφει αὐθεώποbecilius homine: De quibus alterumbræ somnium homo: De quξυμφορ. Homo calamitas, De



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.